



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de beneficiis Iudæis collatis post diluuium. ca. 5.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

nes beneficia accepissent, magis etiam constanter illum  
colere debuerunt.

De beneficijs Iudæis collatis  
post diluvium. Ca. V.

Iudæi.

**V**ideamus igitur primo, quænam illis ab indulgentissimo rerum largitore deo præstata fuerint bona, deinde quam ingrate ipsi ex aduersitate gessere, & simul quæ postea passi sunt mala. Solis unus dei ritus fuit reuelata, solis leges de cælo datæ, monstratus ceremoniarum ritus, oracula futurorum indulta, dei voces palam locutæ. ingentium miraculorum operatio concessa, deo fauente timuit eos Aegyptus, & cum dimittere nollet, flagella sustinuit, mare se aperiens sic cum euntibus præbuit iter, & aquæ quæ illis hincidens muro erant, Aegyptios cum armis hostiliter insequentes operuere, in solitudine manna cælestis cibus pabulum illis præbuit & de saxo yga percusso scaturientes amnis potum. Iordanis ad fontem suum reuersus perstitit donec transirent, terram denique promissionis lacte & melle manantem perdomitis eius incolis possederunt. Quis denique explicet tot de hoste victorias, tot a servitate liberationes, vel quæties a periculis eruti, a cladibus protestis Moysè orante (vt ante diximus) vicitus est Asmalech, buccinis clangentibus, Hierichùtis moenia corruperunt. Iosue inimicos persequente, lapidibus pluit de cælo super fugientiū ceruices: at ne noctis interuentu claberentur, sol & luna motum suum continuerunt. Nulla vñquam fuit longior dies, quam ista in qua quinque regum Chananæorum prostratus est exercitus. Balaam præterea prophetes asinæ loquentis voce prohibitus est eis maledicere, & pro maledicto induxit super illos benedictionem, benedictos a deo esse non dubitas, pro quibus mutum animal vocem protulerit humanam, vici sunt deinde Palestini tonitru & fragore de cælo territi. Holophernes Chaldaeorum dux, cum vrbes aliorum prouinciasque expugnasset, in Iudæa vnius secundæ manus vicitus occubuit. Regnante Hierosolymis

Afa, innumerabiles Aethiopum copias ad internicio, nem conciderunt. Regnante Iosaphato, cum ingentem Ammonitarum Idumæorumq; exercitum formidare cōt inimicos inter se digladiantes conspexerunt, mutuoq; cæsorum tulerunt spolia tam securi, quam paulo ante paucasti. Regnante Ezechia, cum ab Assyriis duce Senacheribo obsiderentur, angeli manu, vna nocte cētum octogintaquinq; milibus hostium cæsis, obsidione soluti sunt. Omitto nunc Machabæos, Iudam, Simonem, Ionatham, qui dei sui nomine inuocato, parua manu ingentes hostium copias plures fudere. Magna qdem & immensa beneficia hæc, maiora tamen accepturi erant, si istorum quæ acceperant largitorem non deseruerint. Nūc ergo quod super est, breuiter expediemus qua ingratitudine vñi sint quantaq; deo vlciscente pati mesuere.

De ingratitudine Iudæorum in  
deū, & quæ proidololatria  
passi sint,

Caput VI.

**L**ongum admodum foret memorare scelera singularium, qui inter Iudæos impij infidicq; fucre. Omnia ergo simul in deum suum infidelitas degatur, pœnaq; infidelitatis, vt cum hæc nota fuerint simul constet & ingratitudinis magnitudo, & iusti domini in ingratios prælens vindicta, quam si quis evitauerit, nec tutur quidem, quæ omnium acerbissima est obnoxius erit. Dua Moyses, in monte immoratur, donec tabulas dígo dei couscriptas acciperet, illi ad idolatria conuersi, vitulum æneum adorauerunt: & hi sunt (inquiunt) dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Ob hoc iratus dominus delere eos voluit, sed Moysi, p ipsis instanter supplicanti gratiam fecit. Moy ses tamen indignos tabularum bñficio testatus, de monte descendens ipsas confregit, vitulumq; contriuit, deinde deo iubente Leuitæ sumptis armis de illo XXIII.

Exo. 32

b )